341

Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia per nos simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalibus Juris praescriptione Terrestri bello Conventiones ac aliis quibusvis iuris remediis ac defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Zahodowski Brodowskię Cedit

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitanealibus Premyslien. Gnosus Casimirus de Zahodow Zahodowski olim Magnifici Andreae de eadem Zahodow Zachodowski Succamerarij Derpaten. Bobrecen. Capitanei cum olim Generosa Anna de Darow Consorte legitima Filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premyslien. iurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie iniungendo atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia sese de omni et integro Jure suo infrascripto Nempe de Summa Septem Millium florenorum polonicalium primum et originaliter per Gnosam olim Dorotheam de Sledkow Gnosi olim Joannis Lipski Judicis Terrae Belzensis Consortem legitimam Gnosae olim Annae de Darow supra scripti olim Magnifici Andreae Zahodowski Capitanei Bobrecensis Consorti legitimae coram Actibus Castrensibus Capitanealibus Belzensibus modo quovis inscriptt. per eandem vero Gnosam Annam de Darow Zahodowska Matrem sui Recognoscentis praenominato olim Magnifico Andreae Zahodowski Marito suo et illius Successoribus coram Actis Castri inferioris Leopolien. cessa et condescensa post fata vero eiusdem supra scripti Magnifici Capitanei Bobrecen. Parentis sui in se Recognoscentem Jure Divino et naturali Successione devolutt. et sic legitime conce… mni praemissorum iure proprietate competentiaque et … tum de eisd. ipsis Inscriptionis originalis … na…

350

quarū cumq omnibus et singulis Inscriptionum praedictarum Originalium Piecensis et subsequentis Cessionariis Leopoliensis in se de praemissis latius sonis praesentis cessi Conditionibus punctis clausulis articulis Vadiis ligamentis ac nexibus in Universum ac his omnibus summis supraseriptis utilitatibus fructibus commodis et emolumentis quorumq attinentibus et pertinentiis generaliter Universis Nihil ex praemissis iuris dominii proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisq Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et singula ipsum et Recognoscentem concernebant ac eidem serviebant. Iam ex nunc et de facto Gnoso Ignatio Alexandro Brodowski et ipsius posteris accepta ab ipso pro praemissis plenaria et reali satisfactione cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesentibus. Omneq et integrum Ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Gnosi Brodowski et ipsi posterorum totaliter transtulit transfudit et incorporavit prout transfert transfundit et incorporat praesentibus. Per ipsum Generosum Ignatium Alexandrum Brodowski et ipsius posteros hoc idem Ius Cessum Summam praefatam ac praemissa omnia praesentibus transfusa cum Universis praemissorum utilitatibus et Usufructibus competentiaq et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisq quiete et pacifice utifruendi Summam suprascriptam tollendi levandi et percipiendi de levatoq et percepta quietandi procedendoq si non fuerint persoluta iure agendi Processus quosvis inchoandi continuandi et ad debitum Executionis finem deducendi praemissaq omnia tanquam sua propria ad suos et Suorum Successorum quosvis beneplacitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi praefati Iuris Originalis ea omnia latius in se Complectentis praesentisq cessi et transfusi Vigore.

2/v 1659

Actum in Castro Premysliensi feria sexta post Dominicam Misericordiae proxima Anno